

Nomina.

fluentes capillos retinet. Nam quicquid ad radices eorum prauis humoris sederit, id omne absunt: tum meatus, quibus infixi sunt, contrahit, & constringit ad strictione. Ceterum alopecias, & ophthalmias siue lippitudines, sanare non potest, utpote magis discussorias uires, quam que Ladanum insunt, poscentes. quippe prouenient haec ex prauis succis, lenis, crassisq; quos secantia, ac digerentia medicamenta potissimum euocant, atque euacuant. Ceterum tenuium partium sint facultatis oportet, & minime astringentis: non tamen usque adeo tenuium partium, & desiccatorie, ut nimio plus desiccent, unaq; cum collectis inibi succis prae ter naturam, naturalem quoq; humiditatem incrementa pilis suppeditantem absunt. nam sic non tantum alopecia liberabunt, sed & caluiciem afferent. Sed haec ad curandi rationem pertinent. Arbuscula, que Grece Αἴδην, Latine similiter Ledum nominatur, Arabicē Chasus. Quod uero Λαδάνον Greci, Latini item Ladanum uocant: Mauritanī, Ieden, siue Laden: Itali, Laudano, & Odano: Hispani, Xara.

Ebenos. E B E N V S .

C A P . C X I .

E B E N V S optima habetur Ethiopica, & nigra, nullos habens uenarum discursus, factitij cornu lauore: cum frangitur, densa appareat, mordens gustu, atque astringens. Suffit iucundo odore supra carbones, sine sumi tædio. Recens autem ad ignem prolata, ob pinguitudinem acceditur, & trita ad cotem rufescit. Altera est Indica, internatis segmentis candicantibus, & modice fuluis, item frequentibus maculis. ceterum prior bonitate antecedit. Apud quosdam sesamina, aut spinea ligna consimilia pro ebeno uaneunt. Quod discernitur ex eo, quod fungosa sunt, & in purpureas assulas resoluuntur, nihil mordacitatis in gustu, nec redolentia in suffitu præferentia. Caliginem oculorum absterget: ad ueteres destillationes, pustulasque mirum in modum pollet: si quispiam facta ex eo coticula collyrijs utatur, melius proficiet. Ad oculorum medicamenta efficax est, si scobes, ramentaue uino Chio die, noctuque macerata, in collyria digerantur. Nonnulli præterita ipsa excolant. reliquaue eundem in modum peragunt. Alij pro uino aqua utuntur. Vritur in fistili nouo, donec in carbones redigatur. Lauatur plumbi usci modo, & ita siccis, scabrisque lipitudinibus conducit.

Ebeni consideratio.

CREDIDIT Theophrastus in India tantum nasci Ebenum libro 1111. cap. v. de historia plantarum, ubi sic habet. Ebenus quoque eius regionis uernacula est. Huius duo genera constant: alterū materie laudatum, pulchrumq; alterum uile, & uitiatum. Rarum, quod præstantius: reliquum permultum habetur. Colorem commendatum, non recondita, sed statim sua natura capescit. haec Theophrastus. Quod etiam sensisse uidetur Virgilius in Georgicis libro 11. ita canens.

Sola India nigrum

Fert ebenum, solis est iburea uirga Sabæis.

Plinius etiam lib. xii. cap. 1111. Ebenum nusquam alibi, quam in India nasci scriptum reliquit: nec eam tamen India uniuersam mittere, sed exigua sui parte gigni, præter quoddam fruticosum genus cytisimodo, in tota India dispersum. Herodotus uero (eodem auctore) Ebenum Aethiopianum solam ferre intellexisse uidetur: quippe qui de Indica nullam fecerit mentionem. Veruntamen ex hoc Dioscoridis capite palam est, nasci Ebenum in ambabus his regionibus. Indi quidem non nisi ex ebeno Deorum simulacra fingunt, regesq; ex eo tantum sceptrum simunt. Item pocula, craterasq; ex ebeno facilitant, quod sane credant contra maleficia efficacissimum esse, & quicquid ueneficij fuerit, tactu eius averti. Itaque nihil mirum, si quod peregrinum in Italiam importatur, summo sit in pretio, cum etiam ab ipsis, quibus prouenit, maximo honore habeatur. Ebenum ex India Romæ primum magnus Pompeius Mithridatico triunpho ostendit, cuius materies densissima omnium constat. Quo fit, ut quanuis multis annis ex aere scat, non fluit in aquis, sed tota mergatur. Ebeni seccatos truncos maximè hac estate nouit Italia: nanque innumeri uisuntur in eorum officinis, qui pectines conficiunt ad explicandos, aptandosq; capillos: itemq; apud illos, qui globulos funiculo trajecticos ad mulierum preces numerandas torno in orbiculos expoliunt. Ebeni uires scripsit Plinius lib. xxiiii. cap. xi. bis uerbis. Non omittam propter miraculum ebenum. Scobem eius oculis unicè mederi dicunt: lignoq; ad cotem trito cum passo caliginem discutit, ex aqua uero & radice albugines oculorum. Item tuſim pari modo cum melle, ac dracunculi adiecta radice. Ebenum medici & inter erodentia assuntur. Ebeni meminit Galenus lib. vi. simp. med. sic inquiens. Ebenus ex ijs lignis est, que trita cum aqua in succum soluuntur, ut lapidum nonnulli. Vis ei inest ex calificandi, extergendi, & tenuium partium. Quamobrè que pupillas offuscant, extergere creditur: miscetur alijs remedijs ocularibus, que ad ulcera uetera, fluxiones, & bullas, siue pustulas accommoda sunt. hactenus Galenus. Sunt qui lignum ex Indijs petitum, quod quidam **GVATACVM**, nonnulli Guaiacanum, pleriq; uero Lignum sanctum appellant, cuius aduersus Gallicam luem præcipius est usus, ebeni genus esse crediderint. Quod quidem nec asserere, nec negare austim: quandoquidem nusquam inuenierim apud quenquam tum ueterum, tum recentiorum scriptorum, quas frondes, quos flores, quosq; fructus proferat ebenus: Illud tamen omnibus perspicuum est, Guaiacum nihil, nisi summa nigritia, ab ebeno disidere, que in hoc summo splendore nigricat, in illo albescit: ceteris uero qualitatibus id maximi cum ebeno certat. Tria ad nos Guaiaci genera afferuntur, ut in suis Epistolis doctissime annotauit Manardus Ferrariensis: quod & nobis iandiu planè compertum est, cum hec omnia sepius nobis pre manibus fuerint. Primum itaque genus crassiori, uegetoriq; mole constat, quo reſecto materies appetit interior parte nigra, exteriorē uero subpallida, & ueluti perplexis lineis quibusdam ad fuscum tendentibus per longum intersecta. Alterum caudice minori.

Ebeni uires
ex Galeno.Guaiaci con-
sideratio.

minori, nec adeò uegetior habetur, cuius extimae partes maiore ambitu se diffundunt; intime uero, que pariter nigrant, minore satis orbe concluduntur. Tertium, quod propriè sanctum appellant, caudice ceteris exiliore uisitum, intrinsecusq; et extrinsecus albicans, cuius materies linea adnodum exilibus in longum actis perplexè distinguitur: estq; hoc longè ceteris et acris, et odoratus. Ceterum credendum non est eiusmodi ligna, et si colore, magnitudine, ac pondere inter se discrepant; idcirco duerarum esse plantarum, duerorumq; generum, ut quidam fortasse existimant. Nam quod hoc tam intus, quam extra candicet, illud uero interiore sui parte nigritur, non aliunde prouenit, quam quod hoc magis, illud uero minus adoleuerit, uel consenuerit. Quippe eò sane nigrius cernitur lignum Guaiacum, quo ad matuorem etatem peruenit arbor, à qua decisum fuerit: et per consequens tanto magis album apparent, quanto minus adoleuerit illa, quemadmodum conspicitur in nostris nonnullis Italiæ arboribus, et præsertim in moro, nuce, et anagyri. Veruntamen illud euique persuasum sit, et atem uni plus, quam alteri uirium addere, ac demere. Qua de re uerba facturi, dicamus, cum illud, quod planè omni ex parte albicit, odoratus, et acris, et amarus habeatur, cùmq; eius decoctum crassius, et ceterorum decocto pinguis sit, et acrimonia, et amarore admodum refertum, ut ipsa me docuit experientia, nil mirum esse crediderim, si in eo, utpote iuniore, uis insit uegetandi præstantior, ac propterea plus in se succi contineat: quin et ceteris uiribus præstet. Eaq; propter putauerim ego, hoc illis in usu perpetuo fore, quibus ob Gallicam luem ulceræ emerserint depascencia, contumaciaq; ossa uero cariosa sint, ac putrilagine consumpta, et tumores in osseam penè duritiem occaluerint: et quibus denique perpetuus articulorum cruciatus, diuturnusq; capitilis dolor inhabeserit, eoq; magis, quo patiens iuñor extiterit, fortior, et natura robustior. Huic illud sucedere existimamus, quod medium obtinet locum: si quidem hoc et odoratus est, et acris eo, quod nigrius, ac crassius inuenitur: neq; illud quidem ab re, quandoquidem id minus est etate confectum, et maiore humoris copia redundant. Quocirca commodissime hoc uti poterunt, qui natura delicatores sunt, et temperamento imbecilliores, atque etiam ijs, in quorum artus huiusc luis furor nondum grassari coepit. Postremo illud minus ceteris præstat, uiribusque infirmius habetur, quod nigrius, crassius, et annosius reperitur. Namq; quælibet consensens planta (quemadmodum etiam cunctis animalibus euénit) continuò exarescit, humidog; pruatur. Cuius rei certissimum est argumentum, quod in annosarum arborum truncis maior appareat nigredo, quam in alijs uel iuniорibus, uel etate tenellis: nigredo enim siccitatis indicium est, quietiam deperdit caloris innati, et humidi naturalis: id quod tam in plantis, quam in animalibus locum habet. Nihil tamen secus illud diligenter animaduertendum est, quod Guaiacum albicanti prorsus colore præditum, recens, incorruptumq; sit: quippe cum ceteris exiliis sit, citius ac facilius exarescit, et ob humoris redundantiam uelocius cariem sentit, atq; fracescit. Quam ob causam satius quandoq; foret uestigio recenter cœso uti, quam iuniore, quod multo ante tempore fuerit ab arbore decisum. Sunt quoq; recentiorum nonnulli, de quorū numero unus est Alphonsus Ferreus, qui de ligni guaiaci decocto elegans admodum opusculum edidit, qui tantum Guaiacum illud præferunt, quod è plantarum ramis etatis mediae desumptum fuerit. Quorum opinio non planè refellenda uidetur: nam quicunque rem naturalibus expenderit rationibus, ramos antiquioris à caudice mediocris etatis parum differre cognoscet: item ramos huius à caudice iunioris. quippe plus humoris ad se trahit rancorum auctrix facultas, quam caudicis. Idcirco non alia de causa plantæ reiuuenescunt, cum earum rami implantantur, seruntur, et propagantur, nisi quod illud idem humidum innatum intra se continet, et eodem uigent temperamento, quo qui adolescent: etenim surculi, atq; rami sunt caudici, perinde atq; filij, et propterea animalibus etate tenellis non absimiles. Atqui mibi longè magis iunioris caudicis placet usus: siquidem in bunc immediate à terra humor, et alimentum defertur, ac præterea quoniam is fortasse nullum adhuc fructum protulerit: quandoquidem foetus à plantis, ut etiam ab animalibus, multum uiuum auferit. Præstantissimum itaq; lignum Guaiacum illud erit, quod ex iuniore caudice recenter cœsum fuerit, tam exteriorius, quam interius albicans, rimus carens, densum, ponderosum, minimè cariosum, odoratum, gustui et acre, et subanarum. Ceterum quoniam nostra etate eque cortices, atq; lignum in usum ueniunt, eandem in ijs ratione seruandam censeo, ut quinam meliores, præstantioresq; sint, dignosci possint, quam nos in eligendo optimo ligno in medium attulimus, ut scilicet illi eligantur, et probatissimi habeantur, qui à præstantiori caudice detraicti fuerint. Importatur Guaiacum tam ex occidentalibus, quam orientalibus Indijs: nam et Hispani è suis regionibus nouiter repertis, et Lusitani ex Calicut, Taprobana, et Iava insulis, et Mauritani, Aegyptijs, Arabes, ac Persæ à marri rubro per camelorum caravanas (ut aiunt) Guaiacum ad nos conuehunt: quin et ex Aethiopia, ut quidam narrant. At cùm omnibus compertum sit, ea in medicamentorum genere longè magis cetera præcellere, que ex orientali plaga comportantur, ob id omnino censemendum fuerit, Hispаниcum uiribus esse imbecillius, quam quod ex Lusitania, uel Alexandria in Italianam importatur. Guaiaci planta (ut ijs referunt, qui eam in sylvis se uidisse testantur) ad fraxini proceritatem, et ad bonum mediocris habitus crassitudinem plerumq; assurgit. Folia fert quadantes plantaginis emula, dura, ac brevia. Flores eius produntur lutei: fructus uero iuglandis magnitudine, qui esu aluum subducit: cortex annosis niger, iuuenibus uero subrutilus. Porro si Guaiaci uires, ac qualitates recte perpendantur, procul dubio liquido constabit, ea præstare posse, que in arcenda Gallica lue requiruntur: nam cùm id ex partibus adnodum calidts, ac tenuibus consistat, itemq; siccis, habeatq; sibi resina plurimum adnustum, nimurum etiam potest suis uiribus ea efficaciter exicare, attenuare, liquefacere, atq; expurgare, que humoris inficerint: quinetiam sudorem ciere. Huc accedit etiam, quod parte resinosa, quam possidet, contagioni, atq; putredini mürifice resistit: que quidem incommoda hanc pestem comitari solent. Ceterum eo tempore, quo primum in Italianam Guaiacum inferri cœpit, necnon etiam multis post annis, non sine summo timore dabatur potandum. Etenim ferebatur illi manifestum necis periculum imminere, qui rectam exquisiti uictus rationem per panis, et uiae passæ modicum non feruasset, quique non perficitur in curatione ad quadragesimum diem usque in tenebris inclusus, ita ut ne aëris qui-

Guaiacum li-
gnum præst-
tus.Guaiaci cor-
ticis elecio.Guaiaci plan-
ta.Guaiaci facul-
tates.

dem claritatem inspicere, nedum pedem ē cubiculo efferret: ijs insuper carnium esu, & uini potu interdictum erat, non secus atque ueneno. Verum enim uero cū sepius euenisset, ut ante constitutum tempus quidam ob tenuissimam uictus rationem ita imbecilles, ac uiribus destituti consiperentur, ut penē spiritus, & uita desicerent, ij ne in tam manifesto uite discriminare uarentur, à consanguineis, & affidentibus persuasi, caporum, gallinarumq; iura, ac consuas carnes in cibum sumere, tantum inde percipiebat iuuamentum, ut uitam quasi deperditam recuperarent. Quo postea medici experimento edocti, uanam illorum doctrinam ridentes, qui tam ḡauem & grise legem imponabant, paulo pleniori uictu uti iuuerunt, nempe uenenum gallinaceorum carnibus, ac maiore panis portione. At nullus tamen adhuc ausus erat uinum exhibere. Quare à me sepius animaduersa, ego primus (ni fallor) inter Italos medicos rationibus non obscuris adductus tentare uolui, posset ne uinum dari ex Guaiaci maceratione ijs maiori cū iuuamento, qui Gallica lue correpti essent. Quod cū mibi in frigidis morbis felicius cessisset, quam ex aqua tantum lignum decoquere, id potissimum me adduxit, ut hanc uini potandi rationem ad commune omnium commodum literis, posteritatisq; memorie mandarem. id quod fecit pluribus iam annis clapsis, quo scilicet tempore Dialogus noster de morbo Gallico Bononiæ excusus prodiit in lucē, ubi eodem anno Carolus v. inuictissimus Imperator à Clemente vii. Pontifice maximo imperiali diademate feliciter est coronatus. Ex quo postea factum esse audiui, ut plerique medici ex illis nostris lucubrationibus, breui temporis tractu plurimum laudis, & glorie sibi comparauerint, ut poate qui uinum Guaiaci ad suam praxim uertissent, prospero admodum successu. Licet fuerint, qui alijs persuadere conati sint, suum illud esse inuentum: qui ut rem facilius p̄texerent, omnibus huiusmodi uini preparationem disimulabant, & occultabant: uel id facerent, ut rem ita plurimi facientes, inde maiorem questum consequi possent.

Sed cauendum profectò est à quibusdam impostoribus, qui cū sint earum rerum ignari, que ad medicæ facultatis contemplationem spectant, dum lignum, uel eius cortices ex uino decoquunt, cyclaminum, bryoniam, pityusam, colocynthidem, & turpetum admiscent, atque alios mille cacomones, qui eos de medio tollant. Quippe nulla habita temperamenti, ægritudinis, temporum anni, sexus, nec etatis ratione, singulis diebus huic se decocti cyathum omnibus indifferenter p̄ebent potandum. Quo fit, ut si forte quadam unum quandoque persant, decem postea iugulent, tanquam improbi carnifices. Verum ut quisq; horum manus euitare, atque effugere posse, operæ pretium usum est, uini Guaiaci conficiendi rationem subiungere, ac subinde hauriendi modum addere. Sumito igitur ligni Guaiaci prestantissimi lima in scobem tenuissimam attriti, aut tornatili instrumento minutim concisi libras quatuor: corticum eiusdem libras duas: cardui benedicti libram unam & semis: adianti, aspleni, florum utriusq; buglossi, cuiusque libram: castæ odoratæ drachmas sex: seminis anisi sefunciam: sacchari libras quinq;. Deinde coniunctur omnia in cado uinario mundo aptæ capacitatis, desuper affusis uini albi quam optimi & feruentis, libris centum, & quinquaginta, mox diligenter uas operculetur, omniaq; sic macerari triduo dimittantur. Post triduum uero linteo percolentur, afferueturq; huic se macerationis uinum in alio uase ad ægrotantium potum. Siquidem bibitur hoc tam in prandio, quam in cena secundi Guaiaci decocti loco: non mane, neq; uesperi serapij uice, quemadmodum temere multi facere consueuerunt. Hoc idem uinum longè etiam melius, & maiore quantitate uindemiarum tempore confici potest, admixtis ligno, cortice, ceterisq; alijs, recentibus uuis albis in mustum compressis: ibiqt; tandem dimisissis, quousq; mustum effervescente desinat, & pellucidum, clarumq; reddatur: ueruntamen multiplicanda sunt omnia, que conueniunt medicamenta, pro uuarum quantitate. Præter huius uini potum cibis associandum, bis in die mane scilicet, & uesperi tribus, aut quatuor horis, ante a quam simatur cibus, ægrotantibus exhibeo decocti ligni ex aqua secundum communem medicorum usum senas uncias, admixtis uncis duabus liquoris hoc modo parandi. Sumito primam adianthi, lupi saltatarij, fumarie, aspleni, senæ, singularum manipulos tres: radicum centaurij magni, glycyrrhizæ, filiculæ, utriusq; buglossi, singularum uncias quatuor: seminis anisi, melanbij, florum satiui, & erratici buglossi, omnium santalorum, cassiae, quam cinnamomum uocant, singularum drachmas quinq;. Hac ex aquæ libris uiginti quatuor decoquantur ad tertias, demum colentur. Sumito deinde prestantissime senæ libras duas, coniunctoq; in uas fistile oris angusti, demum percolatum decoctum feruens superimponito, ac inde obturato fistulis ore puluinari anserinis plunis farcto, igniq; prius calefacto fistile inuoluto, et loco calido collocato, itaq; per diē, ac noctem reponito. Postridic uero manibus sena premitur, mox dilutum percolatur: cui adiunctuntur diluti rosarum efficiaciter aluum subducētis libra sex, sacchari libra octo: effervescent deinde simul subiecto igne, quousq; tertia pars evanescat. quo facto additur electissimi Rhabarbari minutum concisi uncia, ac ita iterum feruent omnia donec iulapij modo consistat liquor. Postremo percolatur linteolo, & uase utreco reconditur. At si ægrotantes multa pituita redundant, decocto prescripto optimi turpeti uncia utiliter addi potest. Superest uictus ratio, que ægro talis prescribenda est, scilicet ut tam in prandio, quam in cena edat panis ternas tantum uncias, sitq; is similaceus, ac probè in elibano coctus: item totidem carnis pullorum gallinaceorum, perdicum, attagenarum, turdorum, ac auicularum in hylis, uineis, ac montibus uictitantium, assatæ potius, quam lixe: quin & uia passe modicum. Bibat autem oportet prescripti uini æquam cum cibo mensuram. Quod si quis purum id bibere non posset, diluat aqua, que in phialis nitreis addita Guaiaci uinceola breui temporis spatio effuberet. Tempus autem huic curationi aptissimum profectò uer est martio, aprilii, & maio mensibus. quod si hoc tempore fieri non posse, fiat mense septembri in autumno: nam sicuti æstiu ardoribus, & exurente iam firio non modo diurna pharmaca, sed ne quidem brevia tolerant homines; ita nec brumali tempore, dum ingenti frigore seuit hyems. Interea & grise sine metu noxae indulgere licet, modo celi serenitas adsit, ut quandoq; in proximus horis, ac uiridarijs solatijs causa leto gradu deambulent: quippe quoniam eiusmodi hortorum amoenitate animus plurimum leuari solet. In hac etiam curandi ratione quosdā magis, alios minus perseverare oportet, pro morbi necessitate, & salutis mensura. Hac ergo ratione uinum Guaiaci exhibitum nō modo medetur cuiq; accerrimo Gallicæ pestis incommodo; sed etiam diuturnis articulorum, capitum, neruorum, uenitriculi,

Vini Guaiaci
coſciendi, &
exhibendi ra-
tio.

triculi, locineris, lnenisq; morbis pituita genitis mirifice succurrit. Nec minus etiam podagra laborantibus operem fert, modo diuturna admodum non fuerit aggritudo. Porro in hoc illud etiam obseruandum est, quod ego Guaiaci unum ijs tantum potandum exhibeo, quibus pituita redundet: uel saltem non exuperet bilis. Siquidem biliosis secundum, ac tertium ligni ex aqua decoctum, uini loco semper cum cibis praebendum censui, ut communiter ab aliis fieri solet. Non desunt preterea hoc tempore, qui radicem illam, quam alii CINAM, alii Chinam vocant, Guaiaco preferant, et si Vesalius admirabilis humani corporis fabricae professor oppositum senserit. Huius radicis ianduum apud Hispanos inuauit usus contra podagrás, maximeq; apud inuictissimum Imperatorem Carolum v. cui meritó preclarum laudem acceptam referre potest. Aduehitur hæc (ut audio) tam à Lusitanis, quam ab Hispanis ex regionibus equinoctiali proximis, legiturq; in litoribus maris e terra euulsa. nam in paludibus exorta, ac inde maris fluitibus rapta, in litus reieicitur. Radix est fungosa, perinde ac arundinacea, leuis, colore rufescente, Rhodiæ radicis admodum amula. Preferunt recens, firma, & que neque teredinem, neque cariem senserit, & que magis rubescat. Dammat eam acriter Vesalius, ut dixi. Sed quibus ualidis rationibus id faciat, compertum satis non habeo, preferunt cum illud certò sciam Cæsarem inuictissimum nunquam ea toties usum fuisse, nisi ex ea plurimum adiumentum perceperisset. Sunt & qui radicem illi, quam nuper aliqui SALSAM, aliqui Spartam parillam nuncupare cœperunt, tum guaiaci, tum etiam ipsius chinæ uires, & facultates tribuant. Hæc ebili tam ad unguem emulatur radices, ut quandoque crediderim Spartan parillam, & ebulum esse idem: tamen id asserere non ausim, cum basenus eius folia non uiderim. Sed iam ad Ebenum redeamus, atque de nominibus agamus. Eius nomen Græcum est ēB̄os, ueluti Latinum ebenus: Arabicum, Abanus, seu Abenus: Italicum, Ebno. Quod uero Latinus Lignum Guaiacum, Lignum sanctum, aut Lignum Indum uocant, Italis, Legno santo, Guaiaco, & Guiacane appellatur: Germanis, Franzosem holz: Hispanis, Legno santo, & Legno dellas antilias: Gallis, Lin-

Chinæ radiis consideratio.

Salsæ parillæ consideratio.

Nomina.

Podoꝝ. ROSA.

CAP. CXII.

R O S A refrigerat, & astringit, sed sicca magis astringit. Succus recentibus folijs exprimitur, defectis forfice unguibus (sic appellantur candidæ foliorum partes) reliquum in pila premi, & teri debet in umbra, donec cogatur, & ita ad oculorum circumlitiones recondi. Siccantur etiamnum folia rosarum, continuo uersata, ne muceant, neve situs in ijs insideat. Aridis rosis, & in uino decoctis expressus liquor, facit ad dolores capitis, aurium, oculorum, ginguarum, sedis recti intestini, ac uulue penna illitus, aut infusus. Eadem sine expressione tusa, præcordiorum inflammationibus, humidis stomachi uitijis, igni sacro illini prodeft: siccis, ac tritis femina asperguntur. Misceri solent uulnerarijs antidotis, atque compositionibus, quas antheras uocant. Folia uruntur in calliblephara. Flos, qui in medijs rosis inuenitur, siccatus, ginguarū fluxionibus efficaciter inspergitur. Capita pota citam aluum, & cruentas reiectiones fistunt.

Pododes. ROSEI PASTILLI.

CAP. CXIII.

P A S T I L L I, quos rhodides uocant, hac ratione conficiuntur. Rosarum uiridum, quæ nullo antea humore madefactæ extabuerint, drachmæ quadraginta, Indicæ nardi drachmæ decem, myrræ drachmæ sex, tritæ digeruntur in pastillos, qui trium obolorum pondus æquent: siccataque in umbra in fictili non picato, atque obturato reconduntur. Alij adjiciunt costi drachmas duas, iridis Illiricae totidem, & uinum Chium cum melle miscent.

Mulieribus monilium uice collo circundato usui sunt, ad retundendum graue sudoris virus. Tritis etiam utuntur ad illitiones, & diapasmata, quæ fiunt ad sudores coercendos, ita ut à balneis inarecant corpora, dein frigida aqua abluantur.

M U L T A quidem sunt Rosarum genera, que in usum medicum ueniunt. At uulgatissime in Italia sunt, albantes, puniceæ, & que ex albo rufescunt, quas uulgò appellant incarnate. Præstantissime, que puniceo colore ritebent: proxima laus ijs, que in rufum canticant: uulgissime albantes, in quarum tamen genere etiæ odoratissime excipiuntur, que Hetruscis Damascenæ, & alijs Moschette uulgò dicuntur. Siquidem non modò ceteræ excellunt, quod odore admodum suavi fragrant, sed quod etiam magis alium subducant, id quod indicat earum incundissimus odor.

13 Rose

Rosarum cōsideratio.

Rose diversis partibus constant. quo fit, ut pro diuersis tam internis, quam externis particulis, diuersum quoque temporementum sibi asciscant. Primum itaque terreseribus, & aquae partibus, que tamen in ipsis mediocriter se habent, substantiam, & adstrictioram facultatem acceptas referunt. Ab aereis uero & subdulcem, & odoratum saporem assumunt. Ex his demum, que ignis naturam sequuntur, amarorem concipiunt, ac etiam coloris rubedinem, que scientie et rubicunde spectantur. quo fit, ut plus insit caloris punicis, quam subrubentibus. In recentibus adstrictioni prestat amaritudo, in siccis uero minime: eaque propter compertum est, carum dejeiciente aliud facultatem, quam priores Graeci non animaduerterunt, tantum ex amaritudine prouenire, cum recentes alium subducant, sicut uero nequaquam. Succus medicamentis componendis expeditus, praestantior est punicis elicitor, item ex subrutilis, uecum, & dilutu. Rosarum succus medicamentis componendis expeditus, praestantior est punicis elicitor, item ex subrutilis, uecum, & dilutu. Dilutum Graecis αποτελεσθαι, e quo rhodopharmacum aluum innoxie dejeicens consistunt, plerunque ex subrubescientium maceratis aqua folijs paratur: et si hac in re ijs Damascene Hetruseis uocatae longe prestant: quippe ex earum uicenis decoloratis folijs facile quidem, & citra noxam subducitur aliud. Rosarum succus referat, discutit, abstergit, & dejeicit: quapropter & bilem trahit, & sanguinem biliosum expurgat. Idem selle suffusis, & uentriculi, iocinerisq; obstructionibus opem mirificè prestat. Cor item corroborat, eiusq; palpitationi salutare est remedium: nam illos dejeicit humores, qui cordi officiunt. Facit & ad biliosas febres, cuiusmodi sunt cuiusvis generis tertiane. Ad hanc rosarum dilutum, ex quo conficitur rhodopharmacum, quod pharmacopole Sirupum rosatum solutuum appellant, in eorum medicamentorum genere recentiores medici recensent, que quoniam absque aliqua noxa aluum subducent, suo more Benedicta nuncupant. Albicantes deinde rose (Damascenas tamen exceptas uelut) non alium in medicina sibi uendicant usum, quam ut ex se aquam stillent: siquidem ijs dejetoria uis, que pollut puncet, ac subrutil, multo infirmior inest. Quanobrem uidetur Manardus Ferrariensis, uir alioqui doctissimus, immorit id Mesui uitio uertisse. Nam alba, quas Damascenas appellantur, et si maiore dejeiciente uicenter prestant; credendum tamen est, de his non intellexisse Nesciem, quod eas illi facile incognitas fuisse existimat; uerum de ijs albis tantum, quibus passim roseta florent. Cuius rei illud maximo argumento esse potest, quod Damascena Hetruseis uocatae super in Italia florere ceperint, quodque eas ueteribus cognitas fuisse (quod sciam) memorie prodiderit nemo: ni fortasse eas credamus esse, que Plinio spineole appellantur. Sane rose magnificande sunt, summoq; in pretio habende, non modo quod uiridarij, & bortis sint ornamento, ac aspectu perquam iucundo; sed etiam quod in praeclarissimis medicamentis conueniant, quibus humana uite succurrirur. Sylvestres maiore adstringendi facultate sunt praeditae, quam satiue, sed minori fragrantia redolent, atque dejeiciente alvine tantillum quidem facultatis retinent. Idcirco Theophrastus libro, & cap. vi. de historia plantarum: sylvestres, inquit, rose domesticis asperiores tum uirgis, tum folijs constant: florem preterea ferunt, quo ab illis odore, colore, atque magnitudine superantur. Nec Theophrastus. Ceterum quedam etiam rose nascuntur in Italia, que aureo colore fulgent, sed odore sunt admodum ingrato, atque insuani. Rosarum differentias longa historia prosequitur Plinius libro xxi. cap. quarto, ubi sic inquit. Contraria rose genera nostri secere celeberrima, Prenestinam, & Campanam. Addidere alij Milesiam, cuius sit ardentissimus colos, non excedentis duodenam folia. Proximam ei Trachiam, minus rubentem. Mox Alabandiam uiliorem, albicanibus folijs. Utilissimam uero plurinus, sed minutissimis spineolam. Differunt enim multitudine foliorum, asperitate, leuore, colore, odore. Paucissima quinta folia, ac deinde numerosiora. Cum sit genus eius, quam centifoliam uocant, que est in Campania Italie, Graeciae uero circa Philippopos, sed ibi non sunt terrae prouentu. Pangaeus nanus mons in uicino fert, numerosis folijs, ac paruis: inde accole transversentes conserunt, ipsaque plantatione proficiunt, non autem talis odoratissima est, nec cui latissimum, maximumq; folium: breuiterque indicium est odoris scabritia corticis, Cyrenus odor atq; est: ideoq; ibi unguentum pulcherrimum. Cartagine Hispanie hyeme tota praecox. Resert & celi temperies: quibusdam enim annis minus odorata prouenit. Preterea locis siccis, quam humidis, omnis est odoratior. Serice nec pinguis uult, nec argillosis locis, nec rugosis, contentar aris, propriaque ruderatum agrum amat. Praecox Campana, sera Milesia, nouissime tamen definit Prenestina. Rosa ex spina nascitur. Germinat primo inclusa granoso cortice, quo mox intumescere, & in uirides alabastros fastigiato, paulatim rubescens debiscit, ac sepe pandit, in calycis medio sustantis complexa luteos apices. Partes in rosa, earumque uires. hactenus Plinius. Partes in Rosa sex antiqui adnotarunt, que omnes sunt & scitu digne, & in medicina uiles; et si paucihabent seplastarij, qui separationem eas reponant. Primum quidem due partes inueniuntur in folijs: quatuor altera est, ubi calyci folia inseruntur, unguium modo albicans, ob idque rosarum unguis haec extremitates appellantur: altera uero foliorum reliquum. His aliae due succedunt, in ijs flosculis, qui ueluti minuta semina tenuissimis capillis annexi flavescent in rosarum umbilico: horum enim partem faciunt granula, partem uero capilli. Postremo que reliquie sunt, in ipso Rosarum alabastro continentur, una scilicet in cacumine, altera in fundo. Folia cor, uentriculum, lecur, & retentricem insuper facultatem corroborant: dolores ex caliditate prouidentes leniunt, & inflammationes auferunt. Ungues eti propria a scriptoribus non recuperint dotem; inseruntur tamen utiliter lotionibus, & clysteribus ad inhibendas fluxiones. Flosculi medi cum suis capillis gingivaram defluxiones colibent, quietiam, auctore Plinio, alba sceminarum profluua mirificè inhibent. Calyx denique, quem caput etiam aliqui dicunt, cum reliqua parte basis, aliu fluores, & cruentas excretiones fistit. Ceterum prater has, qua in florentibus rosis constitut, tres etiam in fructu compieruntur partes, ubi rubescit is, & maturitatem sensit, uidelicet, substantia carnis, semen, & lanugo conclusa: quibus non obscura mest adstringendi uis. Idcirco & ipse remedio sunt contra aliu flores, & feminarum abundantiam qualeneunque item contra gonorrhœam, in qua præcipue pollent. Sunt, qui flosculos capillis appenso, qui uero alabastros, antheram esse existiment. Sed re uera hac in re plane hallucinantur: etenim anthera Celso, Galeno, & Paulo nusquam simplex est medicamentum, sed quedam ex pluribus rebus compositione, cuius frequens erat usus apud antiquos ad oris ulcera: item ad pedum rimas, digitorumq; pterygia. Cuius etiam parandi

Rosarum genera ex Plin. 30

Quorundam lapidis. 40

parandi rationem adnotatam reliquit Galenus lib. VI. de compositione medicamentorum secundum locos, de oris ulceribus differens. Ex Rosis ut ignis sit aqua pluribus, ac diversis instrumentis: uerunt amē ea ceteris præstantior, ac odore fragrantior habetur, que per balneum calentis aque uitreis organis elicetur, cuiusmodi et alie sunt, que eodem modo ad uniuersum medicinæ usum confici solent. Quandoquidem inter has, & illas, que plumbis instrumentis lignorum, uel carbonum igne extrahuntur, tanta deprehenditur differentia, quanta inter plumbum, & aurum deprehendi potest. Quippe que fiunt in balneo calentis aque uitreis rostratis organis, ab herbis, & floribus, à quibus manant, nec sapore, nec odore dissentunt, adeo ut non solum proprias plantarum qualitates secum referant, sed ne etiam tantillum quidem tum fumi, tum rei adustæ respiciant. Quod quidem in ijs non inuenias, que uulgo plumbis, & æreis instrumentis elicuntur: has enim nuncquam, uel rariissime gustaueris, quia tibi fumidum uirus, nudoremq; reddant. Que res non modo agris ingentem molestiam afferunt, & nauseam plerumq; mouent, sed & plurimum noxæ pectori, uentriculo, iocineri, uisceribusq; omnibus inferunt: quod à metallicis organis, à quibus distillant, malam eorum qualitatem sibi uendicent, ut libro tertio in absinthij commentatione, annuente Deo, latius explicabimus. Quare hac estate perspecta, doctissimi, ac peritisimē medici ueteres secuti, decoctis, ac dilutis tantum uiri ceperunt. Que tametsi uiribus aquas qualescunq; sublimatas (ita enim stillatitias uocant) præcellant; et tamen, que calentis aqua seruore (ut supra diximus) fiunt, cum propriis tum odore, tum sapore herbarum, ac florum, à quibus extrahuntur, secum trahant, ure quidem decoctis non modo ipsas equipollere, sed etiam præstare crediderim: non tamen, quod uiribus præcellere dixerim, sed quod gustui suauiores, & uisu iucundiores habeantur: quod non parum agrotantibus afferit. Nos quidem alijs aquis non utimur, quam bis, ad quas eliciendas nobis organum affabre parari fecimus, cuius ope hasce stillatitias, ac præstantissimas aquas suo tempore conficimus. Quærum alijs sapore constant amaro, alijs uero acri, alijs austero, alijs acidō, alijs deniq; insipido pro uarijs simplicium medicamentorum qualitatibus, à quibus eliciuntur. Quapropter seplastarij, & medici, quos magis deceat humanam charitatem colere, quam aurum & argentum, dent operam, ut iam plumbea, & ærea organa aboleantur, & balnea, de quibus diximus, in eorum locum succedant. quippe in hoc etiam (quauis plus laboris, minus uero emolumenti suscipiant) & Deo, & hominibus simul rem gratiam facere poterunt. Cæterum Fuchsij medicus nostræ etatis clarissimus in libro de compositione medicamentorum, quem nuper edidit, unicè caudum præcipit in succis stillatitij eliciendis, ne eius usculi fundum, in quo stirpes continentur, aquam in cæabo bullientem attingat, sed solo uapo ab ea elevato incalefacat. Quia in re secutus potius uidetur fuisse Manardum uirum de arte medica præclare meruū, quitta scriptum reliquit in suis epistolis, quam rei experimentum. Verum ipse non possum omnino eorū sententiae subscribere, ut qui iudicem non esse semper ea exquisita ratione procedendum in herbis distillandis, quod certò sciām nihil referre, quando etiam usculum herbas recipiens in aquam in maiore uase bullientem immergatur. Nam eti aquæ, quas illi uolunt ex herbis uapo tantum ab aqua bulliente elevato extrahi, ceteris præstantiores habeantur; tamen que ex herbis eliciuntur usculo impositis, quod aqua bulliens circumluat, parum certe, aut siue nihil illis bonitate cedunt. quod mihi compertum est in ijs aquis, quas saepissime libuit utroque modo elicere & experiri. Attamen aliquis illud discriminē esse dicet, quod illo modo aquæ ex herbis extrahantur, que tenuiores partes retinent, quod uaporis illius caliditas imbecillior sit, quam ut possit totam herbae substantiam conficere: hoc autem modo aquæ eliciantur, que omnes herbarum partes secum referunt. Hec sane differentia, que facile concedi potest, non est, meo iudicio, tanti momenti, ut illa regula perpetuo sit obseruanda, hec uero cuitanda: quin potius facit, ut hæc mibi uideatur probanda, illa uero rei cienda tanquam cautio nimis religiosa. Rosarum uires colligit Galenus lib. VII. simplicium medicamentorum, siccæ inquietis. Rosarum uis, atque facultas superioribus libris pluribus uerbis exposta est, nempe quod ex aqua substantia calida mixta duabus alijs qualitatibus, adstringenti uidelicet, & amaræ, composita est. Quinetiam cuius sit naturæ utraque, amara scilicet, & adstringens, in horum commentariorum quarto declaravimus. Flos earum magis etiam ipsi rosis adstringit, ac proinde sane etiam exicatorius est. Rosa, quam ita Latini uocant, Græcis ἡρός dicitur: Arabibus, Nard, Naron, seu Vard: Italis, Rosa: Germanis, Rosen: Hispanis, Rosas: Gallis, Vne rose.

Aqua rosarū
præstantior.

Fuchsij opiniō
non probata.

Rosarum fa-
cultas ex Gal.

Nomina.

Autor. LYCIUM.

CAP. CXIII.

L Y C I U M, quod aliqui pyxacantham uocant, arbor est spinosa, ramis trium cubitorum, aut longioribus: folijs buxi, dentis: fructu piperis, nigro, lœui, amaro, densoque: cortice pallido, non dissimili lycio madefacto: radicibus multis, obliquis, lignosis. Nascitur plurimum in Cappadocia, Lycia, & plerisque alijs locis. aspera loca amat. Succi extrahendi ratio hæc est. Rami cum radiculis tussi, & ante per multos dies macerati coquuntur, tum abiectis lignis, itidem liquor coquitur, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur id lycium, adiecta decoctioni amurca, aut absinthij succo, aut felle bubulo. Innatans spuma inter coquendum exempta, oculorum medicamentis additur: reliquo ad alia vtuntur. Simili modo fit lycium semine expresso, & insolato. Optimum, quod uri potest, restinctumque rubentem spumam ostendit, glebis intrinsecus nigris, intus, cum fregeris, rufis, odore minimè uiroso, cum amaritudine astringens, crocino colore: cuiusmodi Indicum est, ceteris præstans, & efficacius. Lycium adstringit, caliginem oculorum discutit: generum scabiem, pruritus, veteresque fluxiones sanat: facit ad purulentas aures, exulceratas gingivias, tonsillas, labiorum fissuras, sedis rimas, attritusque illitum: cæliacis, dyfentericis, potum, inditumque conuenit: datur sanguinem excrentibus, & tussi ex aqua: contra rabiosi canis morsus in catapotio deuoratur, aut in aqua bibitur: flauos facit pilos: rediuijs, ulceribus, que serpunt, aut putrent, medetur: foeminarum profluua

LYCIVM.

Lycij confi-
deratio.Lyciu in Ita-
lia nascens.Lycij uires
ex Galeno.Buxi conside-
ratio.Quorundam
opinio repro-
bata.

fluvia appositum sifit: rabisorum i cibis ex melle potum, aut uice catapotij deuoratum, auxiliatur. Tradunt Indicum fieri Lycium, ex frutice lonchitide appellato. Ea spinarum generi ascribitur, ramos rectos habens, ternum cubitorum longitudine, maior esve, rubo crassiores, à radice numerosos: fractus cortex rubescit: folia oleæ similia. Herba in aceto decocta proditur lienis, inflationibus, & regio morbo mederi, & foeminarum pugationes elicere. Asseuerant etiam crudam in potu, eosdem effectus præstare: semen cyatho dimidio potum, pituitam expurgare, venenis quoque auxilio esse.


LYCIVM medicamentum, quo hodie officinæ pañim utuntur, nimirum notis illi plurimum reclamat, quod nobis hic reddidit Dioscorides. Siquidem illud officinarum igni admotum non accenditur, nec intus rufescit, nec ullam gustantibus affert amaritudinem. quæ omnia certo sunt indicio, id omnino imposturis, & ad dulcioris non uacare. Tradidere, quidam hoc ab impostoribus fieri è ligustris fructu, alij id tribuant periclymeni bacis, alij sanguineæ uirgæ corymbis, alij porrò ex his omnibus simul contusis elici produnt, ac inde insolari. At legitimum, & quod syncerum sit, quoquomodo se res illa habeat, compertum est, hoc aeo ex Lycia, unde illi nomen, ad nos non importari. Veruntamen & in Italia lycij arbor nascitur: quandoquidem (ut Braeuolus testatur) in Liguria & alpibus frequens illa nascitur. Eadem & in Dalmatia provenit, unde nuper eius ramuli suis baccis omnes mihi allati fuerunt: quappe (ut mihi retulerunt) uia, qua ex Zaracitum Nonam, ubique uirescit. Sed, quæ maxima tum seplasiorum, tum etiam medicorum incuria, ac negligencia est in ijs exquirendis, quæ ad artem medicam spectant, plerunq; sit, ut ne illud quidem, quod nobis sponte natura tribuit, cognoscatur, nedum recipiatur in usum. Lycij

nices Dioscoridi explet amurca in cupreо uase decocta, aut etiē rbus decoctus, quousq; eius liquamentū mellis crassitudinem acquirat. Lycij meminit Galenus lib. v. i. simplicium medicamentorum sic inquiens. Lycion, siue pyxa canthon, arbor spinosa, ex qua lycium, quod uocant, conficitur: id uidelicet medicamentum liquidum, quo ad fugilata utuntur, & sedis, orisq; phlegmonas, ulcerationesq; tum berpetas, putredines, & ulceræ contumacia, & aures pure fluentes, & intertrigines, ac paronychia. Est autem facultatis exice atoriæ, compositum ex diuersi genetris substantijs, quas è rego yvæs Græci uocant: altera quidem tenuum partium digerente, atq; calida: altera terrestri, & frigida, ex qua ad strictionem obtinet. Porrò hæc qualitas pusilla medicamento inest, digerit uero, & desicit non parum, nempe in secundo recessu, in calore autem medijs, & symmetris proximum est. Proinde ad diuersos affectus hoc nuntur medicamine, ut absurgente quidem ad ea, quæ pupillas obtenebrant: ut contrabente uero, cœlitacis, dysentericis, ac muliebri profluvio adhibentes. Lycium hoc in Lycia, & Cappadoccia plurimum prouenit: adulterum uero Indicum ad omnia ualentius est. Et primo de antidotis, non facile adulterinum lycium à legitimo dignoscit idem memorie prædit. hæc Galenus. Cæterum quoniam Pyxacantha, quo nomine lycium ab aliquibus appellatur, mihi Buxum, quæ Græcis τύχος dicitur, in memoriam redigit, non omittendum duximus, quin de ea etiam aliquid dicamus. Bv x. v. s. itaq; nobis notissima est planta, quod plurima in Italia proueniat, folio myrti minore, crassiflore, uiridiore; ac subrotundiore: uiret perpetua coma, eaq; propter topiario operi accommodatissima: flore herba cœo: semine rufescente, omnibus animantibus inuso. Crassissima in Corsica, flore non ferendo: quæ causa amaritudinis mellis. Frigidis gaudet, & apricis. Materies buxo honorata, raro cristiandi, nec nisi radice: ceterò lenis quies materie, silentio quadam, & duritie, ac pallore commendabilis. Eadem spississima, & densissima, atq; ponderosissima, adeò ut in aqua non fluet, nec cariem sentiat. Hæc eti nullius sit in medicina usus, ut veteres prodidere; non desunt tamen è recentioribus, qui uelint non aliud esse Italix buxum, quam Indis lignum, quod guaiacum appellant: ea tantum ratione duetti, quod pluries experimento compertum sit, eius decocto etiam felicitus eos sanatos esse, qui Gallica uel affecti erant. Quod eti experientie concedi posit, illud buxi lignum præstare: attamen quod buxus in Italia nascens, & guaiacum ab Indis petitum una, & eadem sint planta (ut in secunda centuria Amatus Lusitanus assertore uidetur) nunquam profecto crediderim. Siquidem guaiacum pingue, resinosisq; uistit: materie intus nigra ebni serè modo: quin & sapor huic anerior, & acris. quibus omnibus notis siccacm buxi materiem carere constat. Quinetiam guaiaco (ut narrant ij, qui ab Indis ad nos redeunt) folia insunt plantaginis, breuiora, crassiora, duriora: lutei flores, & fructus iuglandis magnitudine. Buxus uero folia fert myrti, breuiora: flores herbaceos, & fructum myrti nusquam grandiorum. Quo sit, ut omnino existimem eos hallucinari, qui putant, buxum quæ in Italia nascitur, idem esse cum Indico guaiaco, ut nuper sensisse uidetur Lusitanus loco antedicto. Sed qnā ab eo ieiunè, ne dicam imprudenter actum sit de simplicium medicamentorum cognitione, corum facile iudicium futurum spero, qui non

non mediocriter in re herbaria uersati fuerint, & huius scripta legent: atq; etiam legere non grauabuntur apologia, quam nos aduersus illum scripsimus, cui plurima errata atteximus, quae in eiusdem in Dioscoridem enarrationes adnotauimus. Lycium Latini similiter atq; Greci Λύκιον nominant: Arabes, Hadbadh, Hadad, Kilulem, sive Felzalcarag: Itali, Licio. Quæ uero planta Græcis πυές, Latinis Buxus appellatur: Italies, Bosso.

Acantha. ACACIA.

C A P. C X V.



ACACIA in Aegypto nascitur, spina instar arboris, fruticosa, non se in rectum attollens. Florem habet candidum, & semen lupino simile in folliculis: ex quo succus expreslus fiscatur in umbra, niger ex maturo semine, subrufus ex uiridi. Eligatur modice rufus, & odoratus, vt in hac arbore esse potest. Aliqui exprimunt ex folijs, & semine succum. Manat & gummi ex ea spina. Vis ei ad spissandum, refrigerandumque efficax. Succus oculorum medicamentis utilis: valet ad ignem sacrum, vlcera quæ serpunt, perniones, pterygia, & oris vlcera: procidentes oculos reprimit: mensum abundantiam fistit, prociduam vuluam cohibet: citam aluum suppressit, aut potus, aut subter inditus: capillos denigrat. Lauatur oculorum medicamentis, trito in aqua, mox effuso, quod concreuerat, donec pura extet aqua: & ita cogitur in pastillos. Virtutem etiam in cruda fidelia, donec fictile fornacibus percoquatur: torreturq; in carbonum halitu perlata. Spine decoctum solutos artus fotu committit. Prefertur eius spine gummi, quod in vermiculorum speciem contrahatur, & utri modo perlueat, ligni expers: proximum est candidum: sordidum vero, ac resinosum inutile. Cutis meatus obstruit, & medicamentorum, quibus admiscetur, acrimoniam hebet: ambustis ex ovo illitum, pustulas non patitur erum pere. Alterum Acaciae genus in Cappadoccia, Pontique prouenit, Aegyptiæ spine similitudine, longè minus, tenerius, humile: aculeorum uallo munitur, folia habens rutæ: semina lenticula minus fert autumno, in loculis connexis, ternum, quaternumque capacibus. Succus eius adstringit, viribus inferior, & ocularibus medicamentis inutilis.

ARBOR, quæ Dioscoridi Acacia uocatur, Theophrasto Spina simpliciter dicitur lib. IIII. cap. IIII. de plantarum historia, ubi de ea ita scriptum reliquit. Spina ex eo nomen accipit, quod tota arbos aculeos horret, excepto caudice: nam & super germina, foliæq; aculeos gerit. Magnitudine excellit, materies quippe duodenorum cubitorum. tectis idonea ceditur. Eius duo genera sunt: quedam enim candida, quedam nigra: & altera imbecillis, facileq; putrescens: nigra autem robustior, atq; incorrupta, ob id in nauium fabrica ad costas, uentrisq; compagines ea utuntur. Erecta non ualde assurgit. Fructum fert in siliqua, leguminum modo, quo incole coria perficiunt uice galile. Flos & pulcher aspectu, ut coronas ex eo facerent: & medicamentis perutilis, qua de causa colligi à medicis solet. Fit & gumma ex ea: manat hec tum arbore percutita, tum sponte sine ulla plaga: cum autem cæsa fuerit, anno tertio protinus resurgit. Copia huius arboris large habetur, & sylua ingens circa agrum Thebanum est, ubi & robur, & persea, & olea quoq; eo loco emigrat, non aquis fluuij riguo (distant enim plus, quam trecentis stadijs) sed suis fontibus, qui circa eum traclum permulti exiliunt. Materies arboris dura, & cæsa colorem celtis utiq; representat. hactenus Theophrastus. A quo Plinius non dissentiens, ipse quoq; eius historiæ memorie prodidit lib. XXIIII. cap. XI. cuius sic uerba sonant. Est & acacie spina. Fit in Aegypto alba, nigraq; arbore, item uiridi, sed longè melior è prioribus. Fit & in Galatia tenerrima, spinosiore arbore. Semen omnium lenticula simile, minore est tam grano, & folliculo. Colligitur autumno, quoniam ante collectum nimio ualidius. Spissatur succus ex folliculis aqua cælesti perfusis, mox in pila tufis: exprimitur organis, tum densatur in sole mortarijs in pastillos acacia dicta, arboris uidelicet sue nomine. Fit & ex folijs per se minus efficax. Ad coria perficienda semine pro galla utuntur. Foliorum succus, & Galatiæ acacie nigerrimus improbat: item qui ualde rufus est. hec Plinius. Succus è recenti semine expressus, ac postea longa insolatione concretus Græcis nomine sue arboris Acacia nuncupatur. In cuius defectu supponunt tum officinæ, tum medicorum uulgaris succum è sylvestribus prunis expressum in tenues quasdam placentulas in sole densatum: siquidem legitima acacia ad nos non affertur. Vbi acacia deficerit, licet (si Dioscoridi eredimus) eius uice tum rhois arbuscule folia, tum lentisci foliorum succum, tum etiam hypocistidem medicamentis immiscere. Quamobrem his potius seplasarij uti deberent, quam suppositio sylvestrium prunorum succo. Scire Gummi Arabicum. etiamnum conuenit, gummi, quod ab arbore acacie manat, ideo Serapioni Arabicum nuncupari, quod ab Arabia regione

Acacia hist.
ex Theophr.

Ex Plinio.

Acacia officinarum.

Gummi Arabicum.

gione Aegypto contermina suo tempore importaretur. Sed animaduertere oportet, quod Arabicum vulgaris usus gummi longe quidem ab illo differt, quod ab acacia colligitur: namq; illud non contractis uermiculis simile, sed in grumis uerficoloribus conspicitur, quorum alij succinum, alij topatum, alij chrysopatum, alij beryllum colore, & nitore referunt. Quod autem nobis gummi Acaciae desit, illud argumento esse potest, quod ipsa quoq; legitima acacia ha-
ctenus, quod sciam, non defertur. Nam si hoc, quo utimur, sincerum, legitimumq; acacie esset gummi, procul dubio ipsa quoq; acacia ad nos conuheretur, cùm longè magis in paranda theriaca, alijsq; componendis medicamentis ex-
petatur, quam gummi. Hinc itaq; facile quisq; conidere potest, gummi ex Aegyptia spina defluens ab eo sancē plurimi differre, quod Arabici gummi nomine officinarum uulgius habet. Hoc igitur uulgarē gummi illud quidem esse existimauerim, quod Græcis gummi simpliciter uocatur. In quam sententiam me adduxit Galenus: siquidem libro viii. simplicium medicamentorum, sic inquit. Gummi lacryma est congelata, concreta, in truncis arborum ipsam fundentium, uelut resina quoque in multis uisitum plantis, que resinam fundere possunt. Ceterum quod exicatorie, emplasticæq; sit facultatis, constat. hec Galenus. Ex cuius uerbis palam est, gummi sic in uniuersum Græcis appellatum, nostrum gummi esse uulgare Arabicum dictum. Quod quidem (quantum sensum iudicio consequi possumus) ex pluribus arborum gummi miscellaneum est. Cuīs rei manifesto indicio sunt cūm grumorum forme diuersitas, tum colorum uarietas. Huc etiam accedit, quod Galenus unica nomenclatione omnia earum arborum gummu comprehen-
dit, que resinam non proferunt.

Quorundam lapsus.

Qumobrem omnino explodenda uidetur eorum sententia, qui ubi Græci gummi absolutes scriptum reliquerunt, illud gummi intelligendum esse contendunt, quod ē spina Aegyptia manat. Non desunt preterea, qui gummi spine Aegyptie illud esse opinentur, quod gummi Dragaganti, hoc est, tragacanthæ officinis appellatur, propter eas quod effigie contractis uermiculos referat, quo nihil certe melius illi competere posset. Sed tam hoc etiam illud non est, ut suo loco dicemus. Galenus lib. viii. de compositione medicamentorum per genera, Acaciae gummi nō quibus tam nō uocat: hoc fortasse argumento, quod scripsit Theophrastus (ut suprā dictum est) ingenem huiusc spinae soluam esse in agro Thebano. Sed cūm ad nos non perseratur acacia (ut paulo ante scriptus) nec etiam eius gummi importari credendum est. Gummi Acaciae meminit Iacobus Sylvius utr sancē etatis no-
stre ingenio & doctrina celebris, suo de natura simplicium medicamentorum libello, his uerbis. Gummi acaciae non meminit Galenus in Acacia libro sexto simplicium, uti nec acacia mentionem facit paulo post in Acantha Aegyptia, seu Arabica, quo nomine solo Dioscoridi uocatur. Vnde colligas licet, acaciam, & acantham Aegyptiam, seu Arabi-
cam, diuersas esse in Aegypto spinas arbores. h.c ille. Sed mea quidem sententia, Sylvius manifeste aberrasse de-
prehenditur: quandoquidem Galeno acantha Aegyptia arbor utiq; non est, sed herba ē carduorum genere, quem-
admodum & Dioscoridi libro tertio, ἀκάνθη λευκῆ, hoc est, spina alba similis, quam Mauritanis suchaa appellant.

Acacia alterū genus.

Acacia uires ex Galeno.

Nomina.

Quocirca eo capite acacia meminisse Galenum omnino fuisse absurdum. Ceterum alteram Acaciam, quam in Cappadocia, Pontoq; prouenire tradit Dioscorides folijs rute, quamq; hic depictam damus, accepimus hoc anno à quodam ex ijs, qui rei herbariae dant operam. Et quoniam ea Dioscoridis historiam perbelli representare uisa est, non potuit anumus non inclinari ad credendum hanc secundam esse Acaciam. Est enim aculeis horrida, folio rute, se-
mine lenticula minore, in filiisque ternam quaternum capacibus, quod autumno proferit, gustu etiam adstringente: colo-
lor filiisque aureo quodam fulgore respersus, adeo ut in sole ari modo pellucat. Acacia uires adnotatas reliquit Galenus lib. vi. simplicium medicamentorum, ubi sic inquit. Acacia & planta ipsa acerba est, & fructus, & succus, qui lotus quidem & imbecillior, & minus mordax redditur, utpote acrimoniam quandam per lotionem deponens. Porro si parti alicui sancē illuminatur, protinus eam & sicciorum, & contractam efficit, nullum quidem caloris sensum inuehens, sed nec frigoris admodum ualentem. Vnde constat medicamen id esse frigidum, & terrosum, immista qua-
dam etiam essentia aqua. Et sancē coniectura est, non esse similare, uerū quidam in sece dispersas habere partes te-
nues, & calidas, que in ipsa ablutione segregentur. Estoq; & hoc tertij ordinis exificantum, & secundi refrigeran-
tium, ubi quidem clotum suerit, illotum uero primi. Nomen, quod ακακία habet apud Græcos, idem, quod est As-
acia, retinet apud Latinos & Italos. Ea autem Arabice Achache appellatur.

Aγρος. VITEX.

CAP. CXVI.

VITEX, siue lygos, frutex est in arborem assurgens. Nascitur in fluminum ripis, asperisque locis, ac torrentium alueis: ramos gerit longos, fractu peruvicaces: folia oliuæ, sed molliora. Duo genera eius: una harum album florem mittit cum purpureo: altera tantum purpureum, & semen, ut pi-
per. Excalfactorias uires habet, & astrictorias. Semen eius potum uenenatis iictibus, aquæ quoque cu-
tem subiit, lienosisque auxiliatur: lac euocat: menses ciet, drachmæ pondere in uino potum: geni-
turam exoluit: caput tentat, & soporem affert. Decoctum herbæ, & feminis in defensione, mulieribus uuluæ malo opportunis opitulatur: item inflammationibus. Purgations mouet semen cum
pulegio potum, etiam suffitu, uel appositu: capitis dolorem dissoluit illitum: instillatur cum ace-
to, & oleo capit in lethargo, & phrenitide. Folia suffitu, aut substratu fugant uenenata: illita quoq;
serpentium moribus auxiliantur: testium duritas, cum butyro, & folijs uitium emolliunt. Rimas
fedis semen cum aqua illitum mitigat: & cum folijs medetur luxatis, nulneribusque. Virgam qui
manu teneat, dum iter facit, negatur intertriginem sentire. Agnum, quasi dicas castum, uocant Græ-
ci, quoniam matronæ in Thesmophorijs Atheniensium castitatem custodientes, folijs huius cubitus
sibi sternunt. & lygon, quasi uimen, propter inuictam ferè ramorum flexilitatem.

VITEX,

VITE X.



VITEX, sive Salix Amerina, quam uulgus herbariorum Agnum castum appellat, arbustula est in Italia vulgaris notitiae. Viticis confideratio.

Duo eius genera recenset Plinius lib. XXII. cap. IX. Major in arborem salicis modo assurgit: minor ramosa, folijs candidioribus, lanuginosis. Prima album florem mittit cum purpureo, que & candida vocatur: nigra, que tantum purpureum. Nascuntur in palustribus campis. Non multum a salice utilium usus distat uitex: foliorum quoque aspectu, nisi odore gravior esset. Graeci lyzon vocant, alij agnon, quoniam matronae in Thesmophorijs Atheniensium castitatem custodientes ijs folijs cubitus sibi sternunt. Vitex, ut scriptum reliquit Galenus lib. V. simplicium medicamentorum, caliditatis, & siccitatis classem tertiam sortita est, uerum ea est multum tenuis substantia, tum gustu acris simul & adstringens: ipsas tamē uitices ad medicinam habet inutiles: ceterum folia, semenque; calida, siccaque; facultate sunt, substantia uero tenui. Nam & utentibus ita apparet, & gustantibus acre simul & subadstringens percipitur tum folium, tum flos, tum semen. Edendo tamen etiam semen est, uerum tam perspicuum calfacit, ut capitum hoc nomine dolorem pariat. At si frigatur (nam & sic editur cum bellarijs) minus caput tentat. Porro flatus uenit discutit & cum non frictum, & multo magis cum frictum fuerit. Cohibet preterea semen impetus in uenerem tum frictionis expers, tum etiam ipsam expertum. Folia item, floresque ipsius fructicis id ipsum prestare possunt. Itaque non tantum esa, potaque ad castitatem conferre creduntur, uerum etiam substrata. Hinc est, quod Athenis in Thesmophorijs, hoc est, sacris Cereris, mulieres totum sibi fructicem substernunt: hinc illi quoque nomen inditum agni, hoc est, casti. Ex quibus omnibus manifestum est, si quidem memoria teneamus, que superioribus commentariis sunt dicta, agnum calfacere, simulque exiccare, tum omnium maximè flatus discutere. Porro quod exacte tenuium sit partum, facultas eius indicio est. Nam quod caput tentat, non magis à multitudine vaporum ab eo prognatorum, quam à caliditate eius, ac subtilitate partium fieri rationabile est. Nam si flatuosum spiritum procreare posset, sane & uentrem inflaret, & uenerem stimularet, perinde ut eruca. Verum cion non tantum non excitare, immo etiam reprimere queat, fuerit profecto secundum rutę maximè facultatem tum in excalfactendo, tum in ressecando: non tamen illi par est, nam utroque paulo est inferior: siquidem ruta tum magis est excalfactoria, tum magis desiccatoria. Differt etiam qualitatibus simul, ac facultatis mistione. Nam agni semen, ac germina modicam ferunt ad strictionem: at ruta ubi aruerit, exacte amara est, & acris; ubi uero bumida, subamara. Non tamen austerior, aut acerbitas illi ineft: aut si cui uideatur inesse, ea utique omnino obscura, scio, uidebitur, nec par ei, quae est in agno. Quocirca & ad iecur, & licinem indurata, & obstructa agni semen potius, quam ruta competit. Sed haec ad curandi iam methodum pertinent, quam ut omnino non attingant de medicamentorum pronuncians facultatibus, fieri non potest: uerum celeriter ad rem propositam reflectere, uiri est utique temperati. Magisque etiam id ipsum in sequentibus medicamentis efficere conabor, hoc est, ubi ex quibusdam paucis evidenter facultatem collegero, particulares postea actiones omittam. Nam in praesens id solum nouisse sufficit, quod agnus calidus est & siccus facultate, idque non mediocriter, sed tertio excessu, tum admodum tenuium partum. Hec qui norit, ac postea methodum curandi didicerit, ipsemet inueniet, quo pacto menses hinc cieat, quo pacto partes induratas digerat, quo pacto laetitudinem soluens, seu acopum, & excalfactorum ex eo unguentum preparetur. hactenus Galenus. Huius plantae nomen Graecum est ογνος ογνος: Nomina.

Latinum, Agnus, Vitex, & Salix amerina: Arabicum, Famanchest, Samanchest, seu Bengiechest: Italicum, Vitice, & uulgare, Agno casto: Germanicum, Schaffs mulle, & Keuschlamp: Hispanicum, Gattillo casto.

I'ria. SALIX.

CAP. CXVII.

SALIX vulgo nota est. Cuius semen, folia, cortex, & succus spissandi vim habent. Trita folia cum exiguo pipere, & vino pota, ileosis subueniunt: sumpta per se, & cum aqua praestant mulieribus, ne concipient. Salignum semen in potu sanguinem expuentibus prodest. Cortex eosdem praebet effectus. corticis cinis admisto aceto maceratus, illitu clavos, & callos tollit. Ex folijs, & cortex succus cum rosaceo in calycem punici calfactus, aurium doloribus auxiliatur. Decocto eorum podagrae foueri utrissimum: furfures purgat in corpore. Excipitur succus, qui manat ex ea, cum florat, exciso cortice: in plaga enim concretus humor inuenitur, qui ad purganda, quae obstant oculis, suam vim praebet.

QVANVIS

Salicis consi-
deratio.

S A L I X .

Salicis uires
ex Gleno.



Nomina.

strabitur. Porro arboris cortex similem facultatem obtinet tum floribus, tum folijs, nisi quod temperaturae sit siccioris, uelut omnes cortices. Sed hunc quidam comburunt, eiusq; cinere utuntur ad omnia, que ualenter desiccari oportet. Nam clausos quos uocant, callos Græcis τύλος, myrmeciasq; tollunt, aceto aceri ipsum macerantes. Nonnulli autem dum floret salix, corticem eius incident, & succum quendam colligunt, utunturq; ad ea, que pupillas offuscant, extergente uidelicet, simulq; tenuium partium medicamine. Vt uero illo ad multa alia quis posset, siquidem talis fuerit. Vitex ita Latinis dicta, Græcis ἡτέα: Arabibus, Bulef, Bhulles, Saffaf, aut Chalif nominatur: Italica, Salice, & Salcio: Germanis, Vuciden, & Felbinger: Hispanis, Salce, aut Salgueiro: Gallis, Saulz.

Αγριελαια. SYLVESTRIS OLEA.

CAP. CXVIII.

SYLVESTRIS olea, quam aliqui cotinon, id est, oleastrum appellant, alij Aethiopicam oliuam, folijs astringunt: trita autem & imposita ignem sacrum, ulcera quæ serpent, epinyctidas, carbunculos, rediuias, nomasque cohibent: crustas emarginant cum melle illita: quinetiam folidia ulcera repurgant: inflammationes, panosque cum melle imposita discentiunt: cutem à capite uulsam conglutinant: oris ulceribus, & priuatim infantium commanducata medentur. Succus, & decoctum eosdem habent effectus: sanguinis eruptions, ac muliebre profluum, admotus succus inhibet: uox oculorum, pustulisque prodest: ulcera, & ueteres defluxiones fistit: quapropter in collyria additur, ad palpebrarum erosiones perquam utilis. Exprimitur succus tuis folijs, affuso uino, aut aqua, siccatusque sole in pastillos digeritur: sed longè ualidior ad recondendum succus habetur, qui cum uino, quam cum aqua expressus est. auribus subuenit, siue ulcerentur, siue pus effluat. Folia conuenienter cœliacis cum farina hordeacea illinuntur. Vruntur cum floribus folia, ut spodij uicem cinis præstet, in cruda olla, oblito ore luto, usque dum figlinum percoquatur: restinctaque ui no, & rursus subacta, eodem modo uruntur: postremò ceruſe modo elota coguntur in pastillos. Huiuscmodi cinerem in medicamentis oculorum, constat spodio non cedere, sed eisdem viribus præditum esse putandum est. Foliorum satiæ olea eadem uis intelligitur, sed aliquantò inferior: unde ocularibus medicamentis ob suam mitiorem uim conuenientior est. Sudor ligni uirenti accenso manans, illitu sanat lichenas, surfures, & scabiem. Oleaginum semen illitum medetur furfuribus, & ulceribus, que depascunt, uorantque: quod autem intra nucleum est, ex adipe, & farina scabros ungues excutit. Colymbades tritæ, & ambustis illitæ, pustulas gigni prohibent: folidia ulce-

ra

Quanvis de Salice, ut una tantum agat Dioscorides; eius tamen plura traduntur genera tum à Theophrasto lib. IIII. cap. XIIII. de plantarum historia, tum etiam à Plinio lib. XVI. cap. XXVII. Nam quædam in tantam proceritatem assurgunt, ut ex eis in Liguria fiant & pertice, & pali maximi usus ad uitium pedamenta. Aliæ non tam proceræ crescent, colore rufescentes, sequacis lentitiae, que ligandis eadom uniariorum circulis commode sinduntur. Rursus aliæ firmiores coribibus, & rusticas suppellectili admodum expeditæ. Aliæ denique sunt minusculæ, ac spectabiliter tenuitatem, texendis canistris, cistellis, ac casathis aptissime. Salicis lacryman trium generum esse prodidit Plinius libro XXXIII. cap. IX. tametsi unius tantum generis meninerit Dioscorides. Unam arbor ipsa sponte exudat: altera manat in plaga, cum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine: tertia est detractione ramorum autumni tempore à falee distillans. Ceterum qui Salicis albantem spuman adnotatam reliquerit, inuenio neminem: que delapsis statim floribus è ramulis uox modo dependet, donec uentis arrepta buc, & illuc pluma modo impellitur. Salix citò senescit, ac breui uita spatio perdurat. Eius materies ideo seutis faciundis apta, quod lenta admodum sit, tenax, & leuis. Salicis uires memorie prodidit Galenus lib. VI. simplicium medicamentorum his uerbis. Salicis folijs ad cruentu uulnaris glutinationem quis uti posset. Verum floribus eius maximè proprie omnes utuntur medici ad exiccatis emplastri preparationem: est enim uis eorum ita desiccatoria, ut morsu ablineat: habet uero etiam quandam adstringentem. Sunt uero etiam, qui succum ex ea expressum, medicamen seruent mordacitatis expers, & exiccatiorum, ad multis res utile. Haud enim inuenias quid ad plures res utilius medicamento circa mordacitatem exicante, quod paulum etiam adstringat: sicut in opere de medicamentorum compositione exactius demon strabitur. Porro arboris cortex similem facultatem obtinet tum floribus, tum folijs, nisi quod temperaturae sit siccioris, uelut omnes cortices. Sed hunc quidam comburunt, eiusq; cinere utuntur ad omnia, que ualenter desiccari oportet. Nam clausos quos uocant, callos Græcis τύλος, myrmeciasq; tollunt, aceto aceri ipsum macerantes. Nonnulli autem dum floret salix, corticem eius incident, & succum quendam colligunt, utunturq; ad ea, que pupillas offuscant, extergente uidelicet, simulq; tenuium partium medicamine. Vt uero illo ad multa alia quis posset, siquidem talis fuerit. Vitex ita Latinis dicta, Græcis ἡτέα: Arabibus, Bulef, Bhulles, Saffaf, aut Chalif nominatur: Italica, Salice, & Salcio: Germanis, Vuciden, & Felbinger: Hispanis, Salce, aut Salgueiro: Gallis, Saulz.

20

30

30

40

OLEA SYLVESTRIS.



OLEA SATIVA.



ra purgant. Muriæ succus collutas gingiuas contrahit, & motus dentium firmat. Oliua flava, & recens stomacho utilior est, uentri difficultis: nigra autem, & matura corruptioni opportuna est, stomacho aduersatur, oculis non conuenit, capitis dolorem mouet: aresfacta illitu depascentia ulceræ fistit, & carbunculos emarginat. Oleum sylvestris oliuæ gingiuis putri uligine laborantibus coluitur, dentium mobilitates stabilit: calfacti fatus gingiuis fluxione laborantibus utilis est: lanam enim specillo circumligatam oleo madefacere oportet, & gingiuis admouere, donec albæ spectentur.

Δάκρυον αιθιοπικῆς ὄλαιας. LACRYMA AETHIOPICA OLEAE.

C A P . C X I X .

LACRYMA, quam Aethiopica olea stillat, scammonio similis quadântenus est, fulua, stillis, exilibus constans, mordax. Quæ autem ammoniaci, aut gummi similitudinem refert, colore nigricans, nec gustu mordens, superuacula est. Nostrates oleæ, oleastrique similem lacrymam sudant, quæ commode ad oculorum hebetudines illinitur: cicatrices, albuginesque illitu emendat: urinam, & menses ciet: cauis dentium impressa ad dolores efficax est. Inter uenena scribitur, partus pellit: lepras, & impetigines sanat. Appellatur autem Aethiopica, & agrestis olea.

Α' μόγη. AMVRCA.

C A P . C X X .

AMVRCA expressæ oliuæ recrementum est. Decocta in cupreo vase ad crassitudinem mellis adstringit, cæteros præbens lycij effectus. Insuper dentium dolori, & uulneribus cum aceto, uino, aut mulso commode illinitur: additur in medicamenta ocularia, & meatus inductu suo obstruentia. Vetusate meliorem fieri constat. Utileiter infunditur sedis, genitalium, ac uulnæ exulcerationi. Si uero cum omphacino recoquatur ad mellis crassitudinem, cariosos dentes extrahit: iumentorum scabiem cum decocto lupini, & chamæconte illitu sanat. Cruda, & recenti amurca podagras, articulariosque dolores soueri, utilissimum: peruncta in uillosa pelle, & hydropicis imposita, tumoris molem reprimit.

m CVM

Oleæ sylue-
stris confide-
ratio.

CVM oleæ, oleum, oleæ Aethiopicæ lacryma, & amurca ex una tantum arbore proueniant; non ab re duximus de his omnibus simul pertractare, & ita singulis partibus unica commentatione, quantum opus erit, satisfacere, & quicquid ad eas spectat, simul perstringere. Nascentur sylvestres oleæ copiose in agro nostro Senensi, alijsq; Hetrurie locis: nascuntur & in Dalmatia tractu, & in quam plurimis Adriatici insulis. uerum domesticis longè mi-
nores, folijs brevioribus, aculeatisq; ramis. Earum bacca etiæ numerosa fecunditate uincant; magnitudine tamen sa-
tiuis cedunt: quin & ori sapidores existent. Cuius rei certo sunt testimonio turdi, merule, ac sturni: quippe quonia
sylvestres olias libenter deuorant, quam sativas. Incoleæ, qui aucupijs delectantur, agrestes oleæ summo studio,
ac industria ab aubus tuentur: nempe quod confcta satiarum uindemia, auiculae ad bas aduolant, ubi mense decem-
bri, & ianuario uisco innumeræ captiuntur, præsertimq; turdi. Pauci admodum sunt in Hetruria, qui oleastri baccas

Oliuarum ge-
nera plura.

legant, ut oleum inde exprimant: nam ea demum magna satiarum copia est, que facit, ut inibi omnino paruipen-
dantur sylvestres. Oliuarum genera decem in antiquorum notitiis peruenisse reperio, paucis uidelicet, algia-
nas, lichenas, sergas, neulas, culminias, orbites, regias, circites, murcas: etiæ Virgilius trium generum tantum
meminerit, quemadmodum etiam plura non nouit hac nostra estate Hetruria, præsertimq; noster Senensis ager. Pri-
mum harum genus eæ nostri faciunt, que licet à minoribus olearum plantis proferantur; sunt tamen spectata forma,
& magnitudine Bononiensibus non quidem inferiores. His tantum muria afferuntur in cibis: quandoquidem
oleo minus aptæ sunt, quod multò plus amurca, quam olei fundat. Proxime tū colore, tū magnitudine præstætes, quan-
uis prædictis longè minores sunt; sunt tamen omnium aptissime ad olei conficiendi usum. quippe quod oleum ex eis
expressum, sit non modò flauum, dulce, pellucidum, ac ceteris præstans; sed etiam copiosum. Gignuntur hec à pro-
cerissimis oleis, prægrandibus, iuglandium nucum instar, ramos in altum, latumq; amplissime fundentibus. eæ rura
nostra Oliuastre uulgò uocant. Tertijs uero, ac postremi generis eæ deniq; sunt, que paſsim in uniuersa Italia na-
scuntur, & omnium uulgarissime habentur. Laudatissime oleæ Bononiensibus, & nostrisibus crassiores muria af-
seruantur Romanæ, Venetiae, & ad alias complures Italie clarissimas urbes, ubi magnificæ, opipareq; parantur men-
ſe, ex Hispania importantur. Ceterum olea, & quercus tam pertinaci odio inter se diſident (si rei agrarie scri-
ptoribus fides est adhibenda) ut altera prope alteram depacta brevi tempore pereat. Olea item si primo germinatu
à capra depascantur, adeo sterilescunt, ut nullo remedio in posterum prolificæ fiant. At si alia de causa raras admo-
dum, uel nullas proferant baccas, nudatas earum radices à circumstante terra hyberni: algoribus opponere, certis-
simum est remedium. Sylvestris, seu Aethiopicæ oleæ lacryma, licet multis polleat viribus; eius tamen in Italicis of-
ficiis nullus est usus: neq; quod ea ad nos afferatur, adhuc compertum habeo. Sunt, qui hanc putent illud esse gum-
mi, quod medici recentiores, & officinæ gummi elemi appellant. Verum illud certo argumento est, oleæ Aethio-
picæ lacrymam gummi elemi non esse, quod gustu mordax non sit, neq; linguam uellicet: tum ciuam, quod omni-
bus perspicuum sit, eam lacrymam (etiæ improprie gummi appelletur) non in gummi quidem; sed uerius in resinæ
rum genere esse recipiendam: cum igni exposita flatum colliqueat, & diffundatur, quemadmodum & resinæ, que
è pinu, picca, & alijs resinam fundentibus plantis colliguntur: licet nobis prorsus ignota sit planta, à qua in orien-
te defluit. Siquidem nullum gummi genus (quod ego sciam) igne colliqueat, nisi addito aceto, uel uino: quin potius
statim comburitur. Est & alia olea maris rubri lacryma, ex qua (ut Theophrastus inquit lib. IIII. cap. VIII.)

Olea, & quer-
cus odium.

Aethiopicæ o-
leæ lacryma.

Gumi elemi.

Amurca olei.

Oliuæ uires
ex Galeno.

Nomina.

medici ſiftendo ſanguini medicamentum componunt. Ceterum quanvis & tate noſtra obſcura admodum fit gummi
Elemi origo; eius tamen uires clarissime apud chirurgicos, & uulnerarios medicos reperiuntur: nam in caluaria
fracturis, ac uulneribus mirifice unguentis, & emplaſtris additur, adeo ut præstantissimum fit in his sanandis medica-
mentum. De Amurca olei poſtremo nil aliud dicendum est, niſi quod fit admodum utilis (ut memorie prodidit Ca-
to) apotecharum, & officinarum fabricis, ubi lancei, uel ſericæ panni reconduntur. Nam ſi calcii admifceatur, &
ex ea inde parietes incrufcentur, oblinanturq; item laquearia, & paumenta non modò parietes contractos, uel ad-
uentitios humores nunquam collacrymant, & ſitum minimè contrahunt; ſed nec blaſtae, nec aranei, nec cuiusvis ge-
neris uermiculi ibidem gigni poſſunt. Oliuæ uires prodidit Galenus lib. VI. simplicium medicamentorum, ſic in-
quiens. Oliuæ rami quantum habent adſtrictionis, tantæ & frigiditatis participes ſunt. Fruſtus uero, ſi quidem ad
unguem maturuit, moderate calidus eſt: ſin immaturus eſt, magis tum adſtrigit, tum refrigerat. Olea sativa,
ſic Latine, ut ἔλαιον ἄριθμος Græcè uocatur: Arabice, Zaiton, ſeu Caiion: Italice, Oliuo domēſtico: Germanice,
Oelbaum; Hispanice, Oliuo, & Azeztuno: Gallice, Oliuier. Sylvestris autem Græcis Αγριέλαιον, ή κότιον
appellatur: Latinis, Oleaster, & Olea sylvestris: Italies, Oliuo ſalutatio: Germanis, Vuilder oelbaum: Hispanis,
Azebuche: Gallis, Oliuier ſauage.

50

Δρῦς, QVERCVS. Βαλλανος, GLANS, Φηγὸς, FAGVS.
Πεπίνος, ILEX. CAP. CXXI.

QVERCVS omnis adſtrictoriā uim habet, præſertim liber, qui cortici, & ligno interce-
dit: quinetiam tunica putamini glandis ſubiecta. Decoctum ex ijs datur dyfentericis, coeliacis,
ſanguinem excreantibus. Trita in peflo ſeminoris fluxione vulue laborantibus ſubijcitur. Gla-
ndes eisdem effectus exhibent: urinam ciunt: capitis dolorem, & flatu in cibum ſumptu pariunt:
refiſtunt elita uenenatorum ictibus. Decoctum earum, & corticis cum lacte uaccino potum,
prodeſt contra toxica. Intrite crude inflamationes illitu leniunt: ad duritias, quas cacoethē uo-
cant, & malefica ulcera cum falſa axungia conueniunt. Iligneæ glandes uiribus quernas antecellunt.

Fagus, & Ilex quercus generi assignantur, & conſimile munus obeunt. Iligneæ radicis cortex cum
aqua